



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Vademecum Sive Praxis Opera Quotidiana Aliaque ritè  
peragendi, & per ea salutem& perfectionem propriam, ac  
proximi, instituto Societatis Jesu conformem assequendi**

**Limpens, Ferdinand**

**Coloniæ Agrippinæ, 1744**

3. Discute mentem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54750](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54750)

qua locutus es mihi, spiritus & vita sunt. Demum sicut animal mundum & ruminans reflecte, quid exin retinere, quid eodem adhuc die in praxin velis redigere.

## §. IV.

Examen ante-merid. generale & particulare.

## 1. Punct. Solve DEO grates.

**B**enedic anima mea Domino, & noli oblivisci omnes retributiones ejus. Ps. 102. Recole beneficia communia omnibus, tibi cum multis, & tibi peculiariter præstita. Gratias age cum applicatione & in unione meritorum Christi, & sanguinis ejus infinitè pretiosi, quem in cruce è vulnere manûs dextræ effudit.

## 2. Pete lumen.

**I**llumina oculos meos, ne unquam obdormiam in morte, nequando dicat inimicus meus, prevalui adversus eum. Ps. 12. Obsecro te Domine per sacratissimum sanguinem Filii tui, qui è vulnere sinistrae ejus manûs manavit, fac me agnoscere & detestari peccata mea.

## 3. Discute mentem.

**P**roba me Domine, & scito cor meum, interrogame, & cognosce semitas meas, & vide, si via iniquitatis in me est, & deduc me in via eterna. Ps. 138. Post examinatos defectus dic: *Nonne DEUS requiret ista? ipse enim novit abscon-*

scan-

*Secundita cordis. Pl. 43. Perte, ut sanguis Christi  
è vulnere sinistri pedis profluens deleat vestigia,  
quibus ab ejus semita deflexisti.*

4. *Delicti veniam posce.*

**P**ropter nomen tuum Domine propitiaberis peccato meo, multum est enim. Pl. 24. *Afflictus sum, & humiliatus sum nimis [ elice attritionem & contritionem ] rugiebam à gemitu cordis mei. Pl. 37. Vide humilitatem & laborem meum, & dimitte universa delicta mea. Pl. 24. Per vulnus sacrum pedis dextri Domine JESU respice in me, & miserere mei. Dic animæ meæ: Remittuntur tibi peccata tua.*

5. *Malumque fuge.*

**I**mpulsus (subitâ commotione hujus, illius Passionis) *eversus sum, ut caderem [ in hunc, illum defectum ] & Dominus suscepit me. Pl. 17. Ero immaculatus cum eo, & observabo me ab iniquitate mea. Pl. 17. Hoc, illud, in quod sæpius lapsus sum, præcavendo, ut autem fontem obstruam. Persequar inimicos meos (hanc, illam passionem prædominantem erroris frequentioris causam) & comprehendam illos, & non convertar, donec deficiant. Pl. 77.*

*Ipse DEUS Salvator meus, Susceptor meus, non movebor amplius. Pl. 61.*

